the young ones make their way out at ſeveral ſmall holes; whereas the true *Kermes*-husk ſeems to be pierced but in one place.

The *Second*; The diſcovery of our *Engliſh Kermes* hath very much pleaſed ſome of the Curious in theſe parts; who reſolve upon Tryals of it the next ſeaſon. I think, I advertiſed you formerly, that that deep purple or violet, with which the inſides of the husks are lin'd, is much ſpent, if the husks be not taken whileſt the Bees are in *vermiculo*; and the blackeſt husks are richeſt in colour. Yeſterday in very good company we compar'd our Engliſh *Purple-kermes* with the *Scarlet-kermes* or Grains of the Shops, and found them in every point to agree ſave in the colour of their Juices; and particularly (finding in ſome parcels of the Shops many yet ſticking to little twigs of the *Ilex*,) we confidently affirm, that thoſe as well as ours are only contiguous to the Ilex-branches, and are not *excreſcencies* of the Tree, much leſs *fruit* or *berries*; by which abuſive names they have been too long known; But that they are the artifice and ſole work of the mother-Bee in order to the more convenient hiving and nouriſhment of her young.

*An Extract of a Letter, written to the Publiſher by the Excellent* Johannes Hevelius, *concerning his further Obſervations of the* New Star *near the* Beak *of the* Swan; *to be compared with what was formerly publiſhed of the ſame Argument in* Numb. 65. *and* Numb. 66.

This Extract we ſhall give you in the ſame Language it was written from *Dantzick* the 1st. of *May* 1671. ſt. n.

—*DE reliquo mearum etiam partium eſſe duxi, Vobis quantocyus ſignificare, me nudius-tertius, die videl.* 29. April. *Novam illam Stellam ſub capite* Cygni, *ad Viam Lacteam, quam Anno proximè præterito à menſe* Junio & Julio, *ad uſque* 14. Octob. *conſpexeram, denuo obſervaſſe, & quidem eo ipſo loco, quo tunc temporis conſiſtebat. Interim magnitudine mihi nunc aliquanto major apparet; quippe excedit illam in Roſtro Cygni, nec non eam quæ eſt in ancone inferioris alæ Cygni, ferèque illi quæ eſt in Pectore Cygni æquatur, niſi quod lumine paulò obtuſiori & rubicundiori modò luceat. Quâ verò die primùm rurſus illuxerit, affirmare adeò certò non poſſum. Nam cùm*

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1665-1678).* www.jstor.org

*cùm ferè in ea fuerim opinione, illam vel nunquam, ut plernmque factum fuit, vel tam citò non redituram, ad locum illum haud ſæpius oculos direxi; nec fieri id quidem poterat, cùm hac hyeme, nocturno tempore, circa & infra Horizontem Caput Cygni perpetuo hæſerit. Certus interim ſum, ad menſem* Decemb. Januar. *imo* Februarii *haud conſpicuam fuiſſe. Etenim poſt* 14. Octobris, *quo videri deſiit, memini me eam ſæpius quæſiviſſe eo in loco, ſed nuſquam apparuiſſe. Idcirco, quantum colligere datur, vix ante initium* Martij, *quin, ſine dubio, adhuc tardius iterum prodiit. Pridie eam à reliquis quibuſdam* Fixis *ſum dimenſus. Diſtat à Cauda* Cygni, 20 *gr.* 55'. 20"; *ab ancone Alæ ſuperioris Cygni,* 17 *gr.* 47'. 50"; *à Capite vero* Serpentarii, 34 *gr.* 19'. 40"; *ſic ut eodem planè loco adhuc perſiſtat, ubi antea fuerat.*

*De reliquo, mihi perſuadeo, cùm ſemel, & quidem intra adeò breve temporis ſpatium redierit, illam ſæpius fore inviſibilem, rurſuſq; conſpicuam, cum incremento & decremento illius, quæ in* Collo Ceti *eſt, adinſtar. Proinde operæ pretium fuerit, cùm Philoſophiæ plurimum interſit ſcire, An dentur evidentes ejuſmodi alterationes in Cælo plures, ut diligentius impoſterum ad eam attendamus; poſſitne certa quædam Hypotheſis de ejus occaſu & ortu, decremento item & incremento, à nobis excogitari? Et an ſingulis annis, ut Stella in* Collo Ceti, *ſub aſpectum veniat? An certo anni & omni tempore ſub aſpectum veniat, pari ratione; an vero cum retardatione vel anticipatione aliqua certa? Et denique, an ſemper æquali magnitudine, ſimili colore & lumine prodeat, permaneatque? Ego, dante Deo, meam operam hac in parte polliceor; reliqui Uraniæ cultores quin idem facturi ſint, nullus dubito.*

*Another Accompt of the ſame Subject. Engliſhed out of the French* Journal des Scavans, *printed at* Paris *the* 22*th of* June 1671.

THe *New Star*, which *Don Anthelme*, a *Carthuſian* of *Dyon*, hath lately diſcover'd *, is one of the rareſt Appearances obſerved this good while. As this perſon contemplated the Heavens at night, *June* 20th of the laſt year, deſirous to diſcover that admirable Star, which hath appear'd and diſappear'd twice ſince the beginning of this Century in the Conſtellation of the

* See Numb. 65. p. 2092. *Where the time mentioned of the firſt diſcovery of this Star, differs from that of the relation of this* Journal, *and is doubtleſs hence to be corrected.*